

libere possint ab utrolibet regentium vicissim audire, sicut voluerint, vt in dicto tempore possint deliberare, trāfactis autem triginta diebus p̄fatis, teneantur sequi illum regentem à quo reperti fuerint primam lectionē audiisse post dictos triginta dies, nec deinceps possint mutare regentem p̄terq; ex licentia rectoris, quam non dabit nisi aliqua iusta causa interueniente, puta si regens fuerit infirmitate aliqua detentus, aut aliquam absentiam magnam fecerit, vel propter aliam causam similem propter quā videretur Rectori, q; scholariis ille petit iustum, & quod propter evidentem utilitatē quam credit se consequuturum, mutat regente, & nō propter aliud, in quo enixe conscientiam Rectoris oneramus. Postea vero procedente tempore utriusq; regentiæ, si apparuerit, q; alicui ex p̄fatis duobus regentibus sumimularum à primo die, post elapsos dictos triginta dies usq; ad terminū primæ solutionis cathedralarum defuerit quinta pars numeri omnium summulistarum per maiorem partem dicti temporis eo ipso vacet eius regētia pro illo anno, & nihil ei soluatur pro salario temporis elapsi à die suæ electiōnis: pro verificanda autem huiusmodi quinta parte Rector, & Consiliarii teneantur statim post elapsos dictos triginta dies, à die prouisionis regentiārum iniungere visitatoribus cathedralarum, vt infra nouem dies sequentes habeant informationem de numero summulistarum utriusq; regentiæ, & quinta pars huiusmodi numeri habeatur pro quinta parte predicta, quā, si aliquis ex p̄dictis regentibus, per p̄fatum tempus, aut maiorem partem eius non habuerit eo ipso perdat regentiam, & nihil ei soluatur pro salario temporis elapsi, vt p̄fertur, p̄terq; si aliquando contigerit, neutru eorum habere dictam quintam partem, per maiorem partem temporis p̄fati, nam tunc vacabit regentia illius, qui minorem numerum auditorum per maiorem partem dicti temporis habuisse apparuerit, soluto ei stipendio pro rata, post dictum autem terminū primæ solutionis cathedralarum, volumus, q; quicunq; numerus auditorum sufficiat ad continuandū regentiam usque ad finem cursus: si tamen apparuerit aliquem ex regentibus esse adeo desidem, vel remissum, quod videatur inutilis, vel modici fructus eius regentia: volumus q; per Rectorem, & consiliarios, habita per eos aut per visitatorem cathedralarum illius anni informatione, quoties viderint expidere, teneantur eum à regentia expellere, aut priuare sine aliqua difficultate, super quo eorum conscientias oneramus. Et electi sic in regentes, receipto prius ab eis iuramento, prout in forma iuramenti inferius continetur, legant per tres annos immediate sequentes, & usque ad festum purificatiois quarti anni, quo die finitur cursus. Nihilominus tamen regentes metaphylicorum gaudebunt omnibus & singulis preuilegijs regentium, usq; ad diem sancti Lucæ p̄fati quarti anni, si vero contigerit, quod aliqua ex regen-

regentijs summularum vacauerit, medio tempore ante diem sancti Francisci, vel etiam quæcunq; alia regentia artium, vel theologiae, aut alia quæcunq; cathedra nostri collegij, & vniuersitatis cuiuscunque facultatis vacare contingerit, siue ex eo quod finitum fuerit tempus regentiæ, vel cathedre, seu per obitum, vel absentiam regentis aut alio quous modo vacet, tūc Rector & consiliarij, teneantur eodem die vacationis, publice denuntiare per cedulas eorundem manu suscriptas vacationem præfatæ regentiæ, vt volentes se opponere teneantur comparere coram eisdem Rectore, & consiliarijs in termino inferius assignando, videlicet, si regentia summularum vacauerit ante diem sancti Francisci, vel regentia logicæ, philosophiæ, aut metaphysicæ quocunq; tempore, quocunq; modo vacauerint, vt præmissum est, teneantur se opponere infra decem dies proxime sequentes à tempore vacationis, & infra alios decem dies immediate sequentes fiat prouisio, & omnia superius requisita, ita quod ultra viginti dies à tempore vacationis nullatenus differatur prouisio præfatæ regentiæ. Si autem fuerit cathedra theologiae, aut alterius cuiuscunque facultatis, quæ non sit de regentijs Artium supradictis, tunc assignetur terminus tringinta dierum, infra quem oppositores compareant coram præfatis Rectore, & consiliarijs ad se opponendum, & infra alios viginti dies immediate sequentes omnino fiat prouisio eiusdem regentiæ, aut cathedræ vacantis, ita quod ultra quinquaginta dies prouisio nullatenus differatur, sed si aliquis ex oppositoribus non fuerit graduatus in hac vniuersitate, ultra lectiones oppositionis sibi assignandas, tencatur legere in præfato termino alias alias lectiones, prout Rectori, & consiliarijs vitum fuerit, ad ostendendum suam sufficientiam, & eruditionem, de materia, quam ipse elegerit, & hoc idem teneantur facere alij oppositores ad regentias artium non graduati in hac vniuersitate in termino superius assignato. Et in cæteris omnibus, tam de non admittendo, ad electionem regentiæ, vel cathedræ vacantis, nisi auditores duntaxat illius regentiæ, vel cathedræ, quæ in omnibus alij, seruetur prorsus ea omnia, & singula, quæ in hac nostra constitutione in prouisione regentiæ summularum disponuntur seruanda, & seruatis cæteris seruandis circa assignationem lectionum ad tales regentiam, vel cathedram vacantem, vt præmissum est, fiat electio, & prouisio: Electus vero in locum alicuius ex octo regentibus artiū duntaxat duret tantummodo per idem tempus, quod restabat de curso alterius regentis, in cuius locum succedit, vt perficiatur cursus trium annorum, & quatuor mensium, qui requiruntur ad cursum magisterij artiū perficiendū: In vacatione vero, & prouisione cuiuscunq; cathedræ theologie permittimus, q; si quispiam ex oppositoribus nondū fuerit magister in theologia, tamen cursus suos peregerit, ita quod statim, vel

infra sex menses, à die prouisionis ipsius regentiæ possit ad gradum magistrij promoueri, & si vota scholarium eiusdem facultatis suffragentur, nihilominus ad prædictam regentiam possit admitti, & tunc in tali casu possit unus solus graduari, etiam ante biennium, & quia aliquando propter defectum, vel insufficientiam, & inhabilitatem aut propter in curiam, vel desidiam alicuius ex lectoribus, vel regentibus nostri collegij, & vniuersitatis, præfato collegio, & vniuersitati magnum incommodum, & detrimentum prouenire posset, tam in diminutione, & frequentia scholarium, quam in iactura integræ & commendabilis famæ collegij: Ideo ad huiusmodi dâna, & inconuenientia tollenda, & vt vtilitati collegij, & vniuersitatis consulatur: Volumus, & ordinamus, quod per singulos annos Rector & consiliarij collegij & vniuersitatis intra triduum post ipsorum electionem duos teneantur eligere visitatores ex eorum numero, qui præstito prius solenni iuramento super signum crucis, & sancta Dei euangelia, quod omnino odio, amore, & fauore postpositis, se informabunt diligenter ab omnibus, & singulis scholaribus in singulis facultatibus audientibus, & ab alijs quibuscumque personis, à quibus certiores fieri possint, & viderint expidere de incommoditatibus, & damnis ac qualitatibus regentium, & lectorum, ac alijs inconuenientibus, & qualiter in regendo, & legendo segerant, & quantam habeant singuli eorum frequentiam, aut penuriam auditorum: Et quæ singula, quæ ex prædicta informatione compererint, fideliter in congregacione ipsorum Rectoris, & consiliariorum denunciabut. Qui omnes in simul postquam præfatam visitatorum informationem, & relationem audierint præstito prius iuramento, & facta diligentí examinacione qualitatum ipsorum regentium, & lectorum: Si notabile damnum ipsi collegio, & vniuersitati ex alicuius ipsorum regentium, & lectorum inhabilitate, & insufficientia, in curia, & negligentia, vel defectu viderint prouenire, & ipsis vel maiori parti ipsorum visum fuerit expedite, teneantur priuare talem regentem, vel lectorum sua regentia, vel cathedra sine aliqua audientia, & omni appellatione postposita, & de alio habili, & sufficienti iuxta formam in hac & in alijs nostris constitutionibus traditam, collegio, & vniuersitati prouidere, & si inuenient aliquam regentiam, vel lecturam præfati collegij, & vniuersitatis aliquando habere magnam penuriam, vel inopiam audientium: tunc attenta qualitate temporis, & lecturæ possint Rector, & consiliarij commutare ad residuum anni, vel ad certum tempus præfatam lecturam in aliam eiusdem, vel alterius facultatis, quam viderint expedire, maxime ne auditores illius lecturæ, qui tunc forte absunt, propter sui absentiam incommodum patiantur.

¶ De

De salariis Regentium, & Lectorum.

in cuius munitione XXXVI.

STatuimus insuper, & ordinamus, quod occurrente vacatione alicuius regentiæ, antequam de eadem regentia prouideatur, & Rector, & Consiliarii iuxta dictamen suæ conscientiæ taxare, & assignare teneantur salaryum, & stipendum ipsius regentiæ secundum exigentiam temporum, & qualitatem personarum, ita tamen, quod salaryum totius integri cursus artium nullatenus possit excedere summam ducentorum, & quadraginta florenorum auri de Aragonia pro toto cursu, hoc modo, videlicet, quod in primo anno possint assignari pro salario octoginta floreni, & in secundo, alii octoginta, in tertio vero, qui debet computari à die sancti Lucæ usque ad secundum festum purificationis, alii octoginta: Salaryum vero cuiuslibet regentiæ theologorum etiam nullomodo possit excedere sumam centum florenorum similium annuatim, & siue collegiales, siue alius extra Collegium assumatur ad regentiæ, nullatenus possint augere præfatum salaryum, præterquam regentibus summularum, & logicorum, quibus si non fuerint Collegiales, ultra præfatum salaryū assignentur eis arbitrio Rectoris, & consiliariorū aliquæ domus, in quibus habitent de viciniotibus eidem Collegio, propter quæstiones, & reparations, quas circa horam prandij, & cenæ facere teneantur, & volumus, quod nullus regentium possit habitare intra Collegium nisi sit Collegialis, & tunc durante tempore sua præbendæ duntaxat, & insuper, Collegiales qui fuerint regentes, prætextu regentiæ in nullo excusentur, sed omnino astringantur ad omnia, quæ ceteri Collegiales tenentur, præterquam si fuerint regentes summularum, logicorum, physicomque, qui ut liberius, & absque aliquo impedimento suis regentijs, & exercitamentis intendere valeant: ac propter assiduas lectiones ipsorum & alia exercitamenta ad quæ tenentur nullatenus ad aliqua officia dominus assumantur: Regentes vero metaphysicæ, & theologiae tantummodo teneantur acceptare officium Rectoriæ, & Consiliaratus, si ad ea, secundum formam nostrarum Constitutionum fuerint electi: habentque præfati Regentes suas habitationes, & cameras spaciousiores, & ampliores ceteris Collegialibus, eo tempore solum quo suis regentijs insistunt, quas nos pro singulis Regentibus cum suis rotulis deputauimus. Et nullus ex præfatis regentibus intra Collegium commorantibus possit habitare nisi in camera pro sua Regentia deputata. Cum vero contigerit, aliquem ex Regentibus habitare extra Collegium, poterit interim Camera pro tali Regentia deputata eligi ab

alio ex collegialibus secundum tenorem constitutionis decimæ septimæ. Ita tamen q̄ cum primum aliquis ex habitantibus intra collegium siue sit collegialis, siue sit capellanus, aut portionista fuerit electus ad regentiam, pro qua est huiusmodi camera deputata, statim ei absq; aliqua mora libere dimittatur: Et idem volumus obseruari si regens existens extra collegiū, fuerit electus in collegiale, vel capellanum, aut admissus in portionistam: Et licet panni pro vestuarijs debeat esse eiusdem precij, & coloris, in electione tamen pannorum, si qua est, & in ordine induendi, seruetur etiam ordo sessionum: Statuimus insuper, q̄ huiusmodi salaryum, præfatis regentibus prestandū, & quecunq; alia stipendia per collegium singulis annis, lectoribus, & quibuslibet officialibus ipsius collegij præstāda, persoluantur in duabus solutionibus, prima videlicet in fine mēsis Aprilis, ultima vero in principio mensis octobris cuiuslibet anni, præterq; salaryum ultimi anni cuiuscunq; ex regentijs artiuin, quod soluerit in duabus solutionibus, prima in principio mensis octobris tertij anni, secunda vero in festo purificationis proxime sequenti, in quarū qualibet recipiet quadraginta florenos. Et prædictæ solutiones fiant à receptore præsentibus, Rectore, & cōfiliarīs prout superius dispositum est.

¶ De absentia Regentum, & lectorum. XXVII.

STATUIMUS, & ordinam⁹, q̄ si propter aliquā ingruētē necessitatē, quispiā regentiū, vel lectorū voluerit à collegio extra opidū se absentare, teneantur petere, & obtainere licentiam à Rectore, & consiliarijs, qui si examinata causa, dignum duxerint, licentiam esse concedendam, possint illam concedere: Dummodo non concedant alicui regenti ultra triginta dies licentiæ in uno anno, siue continuos, siue interpolatos: Et volumus quod dies, in quo regens prætermiserit lectiones sibi incurrit, computetur in præfatis triginta diebus absentiæ, siue prædictus regens steterit in Collegio, siue in oppido, siue extra nisi sit infirmitate detentus, & insuper statuimus, quod immediate post electionem Rectoris, & consiliariorum, singulis annis in perpetuum eligantur per eosdem Rectorem, & consiliarios substituti pro singulis regentijs, personæ habiles, & sufficietes, qui tempore absentiæ regentium, vel cum præfati regentes cessauerint à lectione ob infirmitatem, aut aliam quancunque causam, præfati substituti loco ipsorum regentium teneantur continuare, & prosequi eandem lectionem, & omnia alia exercitamenta facere, ad quæ regentes tenebantur: Et teneantur præstare iuramentum, quod cum omni diligentia, & solicitudine, continuabunt lectiones, in quibus fuerint substituti, & subrogati: Habeantque

que pro salario dimidium eius, quod secundum rectam computationem principalis regens erat habiturus, & residuum reliquatur pro regentibus in præfatis primis triginta diebus, & nec præfati regentes possint alios q[uo]d prædictos substitutos dimittere. Sed si ultra præfatos triginta dies eorundem regentium absentia durauerit, pro illo tempore nihil detur ei de salario suæ regentiæ, sed dimidium datur substituto (ut præmissum est) & residuum sit pro archa collegij, & ultra præfatos triginta dies expectetur reges per alios triginta dies, ultra quod tempus si non venerit, aut si intra idem tempus non probauerit, legitime fuisse detentu[m] infirmitate, aut carceribus sine culpa sua, aut alia ineuitabili necessitate, perdat regentiam.

¶ De lectionis, & exercitamentis ad quæ tenentur Regens, & consiliarij auditoribus, & aliis, auctores Artium. XXXVIII.

Quoniam cursus artium, qui debet fieri more Parisiensi requirit exactam diligentiam, assiduumque laborem: Idcirco ordinamus, quod quilibet regens in hac facultate teneatur legere librum sibi assignatum quolibet anno eorum trium cum quatuor mensibus, per quos durat cursus, ut superius dispositum est. Ita videlicet, quod regens primo anno legat summulas logicæ Petri Hispani, vel alterius doctoris cum suis glosis, & notabilibus, & argumentis prout Rectori, & facultati videbitur expedire, & legat regens præfatus duas lectiones ante meridiem, & unam post meridiem cum suis questionibus, & reparationibus quas faciat bis in die, sed à die natalis beatorum apostolorum Petri, & Pauli usque ad assumptionem virginis poterunt Rector, & consiliarij, si visum fuerit expedire, dispensare cum regentibus artium, vt possint prætermittere unam ex lectionibus, quæ leguntur ante meridiem, & reparationes quæ fiunt immediate post prandium, & etiam per idem tempus possint præfati Rector, & consiliarij dispensare cum regenti bus medicinæ, vt prætermittant unam ex duabus lectionibus, ita tamen quod semper legatur una lectio ante meridiem, & alia post meridiem. In secundo autem anno idem regens eisdem auditoribus, & eisdem horis legat textum logicæ cum suis glosis, notabilibus, questionibus, & argumentis, scilicet, librum Prædicabilium Porphyrij, librum prædicamentorum Aristotelis, duos libros Perihermenias, duos priorum, & duos posteriorum, quatuor Topicorum, & duos Elenchorum. In tertio vero anno idem regens eisdem auditoribus, & eisdem horis legat philosophiam naturalem Aristotelis cum suis glosis questionibus notabilibus, & argumentis, videlicet octo libros physicorum, tres de celo & mundo, nam tertius dimitti poterit, duos de generatione, & corruptione,

tres meteororum, nam quartus dimitti poterit; etiam tres libros de anima
licet primus eorum celeriter possit transcurri, & quatuor libros paruorum
naturalium hoc est de sensu, & sensato, de somno, & vigilia de memoria, &
reminiscentia & de longitudine, & breuitate vitæ: Deinde in quatuor mé-
sibus residius usque ad festum purificationis præfatus regens eisdem auditio-
ribus, atque eisdem horis, legat sex libros metaphysicorum Aristotelis cu
suis glosis & quæstionibus, si quis aut ex regentibus ordinarijs sophismata
aut calculationes, directe, vel indirecte, publice, vel occulte legere præsum-
pserit, tam in lectionibus, reparationibus vel disputationibus, quam alio-
quocunque modo pro prima vice eo ipso incurrat penam decem floreño-
rum, pro secunda vero viginti Archæ collegij applicandorum, pro tertia
vero ipso facto priuetur regentia. Si autem alii extra ordinarijs lectores, qui-
cunque sint, prædicta sophismata, vel calculationes, alijs q̄ scholaribus,
qui cursum suū cōsumauerint publice vel occulte, legere, vel docere attēta
uerit, eo ipso expellatur ab vniuersitate: Scholares quicq; audientes prædi-
ctas calculationes, vel sophismata, ante quam cursum suum cōsumauerint,
vt præmissum est, pro prima vice perdant cursus, quos peregerint, pro se-
cunda efficiantur inhabiles ad recipiendum quemcūq; gradum in hac vni-
uersitate: Pro tertia vero expellantur omnino à collegio, & vniuersitate. Cæ-
terum in præfatis duobus ultimis annis faciat regens quæstiones, & repara-
tiones bis in die sicut in primo anno, in quæstionibus tamen scholarium,
non teneatur de rigore ad esse, nisi solus regens summulistarum, qui re-
spondeat ad eorum dubitationes: Teneatur etiam regens ad reparations
communes, & ad conclusiones, seu ad disputationes publicas, ita tamen q̄
in vna hebdomada fiant reparations communes, & in alias conclusiones
vicissim, seu alternatim, in quibus quidem reparations conueniant
indifferenter regentes omnes, pariter & discipuli, scilicet, in conclusio-
nibus solummodo debent sustentare tres discipuli, scilicet, logicus, & phy-
sicus, & metaphysicus, seu moralis, & ibidem teneantur interesse regentes
eorum: Durabunt autem prædictæ conclusiones per totum diem, ante &
post meridiem, sed reparations communes solum fieri debent post meri-
diem: Præterea decernimus, q̄ si aliquando Rectori, & consiliarij visum
fuerit, aliquem ex regentibus artium esse adeo habilem, & idoneum quod
de eo verisimiliter credatur q̄ si cursum suum in scriptis relinquere, posset
alii proficere in futurum, tunc idem Rector, & consiliarij teneantur tem-
pore receptionis ad regentiam, vel infra sex menses eidem regenti iniunge-
re, quod cursum suum artium ad maiorem utilitatem posterorum, quan-
tum dominus sibi concederit redigat in scriptis, & sic redactum, & suis
expensis decenter conscriptum Rectori tradere, & consignare teneatur, vt

intra alios libros collegij possit reponi. Et ut melius cursum præfatum transcribere, & perficere possit. Volumus q[uod] ultra præfatos tres annos, cum quartuor mensibus, per quos durat eius regentia, ut permittitur habeat aliū annum in quo possit ipsum cursum maturius digerere, & exacte limare, pro cuius labore recipiat stipendium, siue salarium integrum illo anno quem admodum in primo, aut secundo Anno suæ regentiæ, super quo Rectoris, & Consiliariorum conscientias oneramus, quod nisi personis habili bus hoc præcipiant, vel iniungant, si quis vero ex præfatis regentibus hoc adimplere neglexerit, possint Rector, & Consiliarii cù à regentia expellere.

3. oration audiensq[ue] q[uod] p[ro]p[ri]o corde dicitur (100. l[ib]ro xv) ab natu ral de eulogio suo in **Decursibus, & examine Bacchaliariorum in artibus, et libris**

magistrorum artium in loco Artibus. XXXIX.

Nemo admittatur ad Bacchaliarium in Artibus, qui non legitime prob

bauerit se fecisse, & peregrisse in hac vniuersitate prædictos cursus, ut supra in Constitutione proxime præcedenti dispositu est, videlicet audisse summulas, & magnam logicā Aristotelis, & philosophiam naturalē usque ad quartum physicorum inclusive. Quibus cursibus peractis, atque legitime approbatis facultas magistrorum artium in vespero purificationis virginis Mariæ congregabitur quolibet anno ad eligendum tres magistros examinatores bacchaliariorum, quorum unus ad minus regens in hac vniuersitate fuerit. nec ullus dictorum examinotorum sit actu regens in quavis facultate, nisi alij magistri defuerit, & prefati examinatores postquam fuerint electi, præstabunt iuramentum in præsentia facultatis, q[uod] secundum Deum & bonam conscientiam approbabunt dignos, & indignos reprobabunt. In cipietur hoc examen, immediate post purificationē virginis, & fieri hoc modo. Sedeat examinandus coram tentatoribus in loco humili, capite detecto modo Parisensi, & primus examinator querat de veritate, & falsitate, aliqui s[ecundu]m sophismatis, loco examinis summularum, & contra responsionē quā dabit examinandus arguet solus ille examinator unico medio præcise. Deinde secundus tentator querat ab eo pro libro prædicabilium Porphyrii, vel textu alicuius capituli, vel autoritatem aliquam eius, vel aliquid aliud pertinens ad illum librum. Ad quam questionem memoriter respondebit examinandus, & contra responsionē arguet similiter solus ille examinator unico medio. Consequenter, tertius magister queret, & arguet eodem modo circa librum prædicamentorum, & iterum primus circa librum Peripherienias, & deinde secundus circa librum priorum, & sic deinceps per omnem ordinem, tam librorum quam magistrorum, & finitis libris logica libus, interrogent circa libros physicales. Sed non sit in eis examen tam rigo dum,

rosum, sicut in logicalibus, ita quod pro omnibus libris physicorum non fiat nisi unica quaestio, vel propositum, & ibi finietur examen. Quo finito magistri examinatores secreto conferant inter se, an ille sit sufficiens, & admittendus: quod si ita decreuerint omnes, vel maior pars eorum signent esse dulam, quam praefatus scholaris accepit a regente suo pro testificatione auditio librorum. Et tunc procedatur ad examen alterius eodem modo. Sic tamen quod in yna die non examinetur nisi unus aut duo duntaxat, & qd non pretermittatur dies, quin unus ad minus examinetur. fiat examen tempore quo lectiones ordinariae non impediatur, & examinatis omnibus bachelariandis (vt praefertur) assignetur dies in quo presentibus notario, & vedelis, regens ipsorum det omnibus eis, & insimul gradum solutis prius omnibus expensis, sed si aliquis graduandus in hac nostra vniuersitate tam in praedicto gradu bachelarius, quam in gradu Licentiae, magisterij, vel doctoratus in quacunque facultate petierit admitti cursus, quos in alia vniuersitate dixerit se fecisse, tunc de munere censeatur praefatus cursus per regisse ad hoc, vt in nostra vniuersitate admittantur, quando legitime probauerit, coram Rectori, & Decano ipsius facultatis in qua vult graduari, se audisse, & peregrisse ea omnia, quae secundum tenorem constitutionis quinquagesima sexta, de his qui volunt gradum alibi suscepimus iterum sibi conferri, & de admittendis cursibus alibi factis requiruntur. ceteru pro praefato gradu bachelariatus in artibus, soluat unusquisque bachelarius pro archa collegij unum florenum, pro facultate unum florenum, pro suo regente duos florenos, pro examinatoribus alium florenorum equa- liter diuidendum inter eos, pro notario dimidium florenum, pro vedelis alium dimidium, ita qd expensae ordinariae, & necessariae unius bachelarij artista non excedant sex florenos, sed si contingat aliquem ex collegialibus, aut capellaniis quemcunque gradum in alio collegio, vel vniuersitate recipere, eo tempore quo moratur in collegio, eo ipso perdat praebendam. Et si fuerit de vniuersitate priuetur omnibus priuilegiis, & commodis ipsius, nec ad eandem amplius possit admitti. Prohibemus insuper ne praedictum examen bachelariandorum in artibus, nec quocunque aliud, in quacunque facultate possit fieri priuate, aut secrete, sed fiat publice in gymnasij collegi, alias examen sit ipso facto nullum, & habeatur profecto.

De cursibus, & examine Licentiandorum in Artibus: XL.

Post bachelariatum, qui voluerit ad gradum licentiae in artibus peruenire teneatur continuare lectiones usq; ad finem philosophie naturalis,

sub

sub regente eiusdem facultatis, qua finita audiet ab eodem regente sex libros metaphysicæ, audiet, & à lectore Ethicoru ad minus sex libros moralis philosophiæ, & in quarto anno post festum Purificationis virginis teneantur omnes bacchalarij volentes licentiari, respondere bis de cōclusionibus sub præsidentia sui magistri regentis, hoc modo. Primo enim quinq; ex doctribus, bacchalaris ponet cōclusiones eodem die præsidente suo regente, quorum primus habeat conclusiones in logica, secundus in philosophia. i. in doctrina octo librorum philosophicorū. Tertius in naturali philosophia de residuis libris. Quartus in metaphysica, Quintus in morali doctrina. ad quas conclusiones inuitentur ad arguendum, magistri, & doctores theologiæ, & artium, & medicinæ, ita q nulli alij arguant infra istos gradus. Et si præsidenti videbitur poterit moderari tempus, & numerū arguentiū theologorum, & medicorum, ut magistris in artibus supersit tempus ad arguendum, & iste actus durabit à meridie usq; ad vesperum, qui apud Parisiēn. dicuntur responsiones magnæ. Post aliquot dies respondebunt alij quinque similimodo, & sic consequenter quo usq; omnes bacchalaris fecerint suas responsiones magnas per quinarios numeros, ordo autem, & loci huiusmodi respondentium disponentur ad arbitriū Rectoris, & regentis, atque decani facultatis, attenta solum eruditione cuiusque, nō oportet autem, quod in eis omnibus fiat tanta solennitas actus sicut in primis quinque respondentibus, nec oportet, quod semper reges eorum sit presidens in omnibus responsionibus, sed poterit dare alium præsidentem qui sit regens pro istis responsionibus. Habet regens à quolibet suo discipulo bacchalario ynum florenum, & vedelli duos argenteos. Durabuntque p̄fatae responsiones maiores usque ad festum annunciationis beatæ virginis præcise post istas responsiones iterū quilibet bacchalarius teneatur eodem anno facere alias responsiones minores, ideo sic dictas, quia non cum tanta solennitate fieri solent, sed modus respondendi, & præsidandi erit omnino similis alij, excepto, quod in eis poterunt admitti ad argendum bacchalaris condiscipuli respondentium, semper tamen arguat saltem unus magister. & pro his responsionibus nihil soluant bacchalaris respondentes, & durabunt istæ responsiones minores usque ad festum sancti Ambrosij præcise, quo die aperitur, & incipit examen Licentiandorum. Nemo autem ad hoc examen admittatur in hac Vniuersitate, qui non legitime probauerit se post Bacchalarium fecisse cursus, & responsiones praedictas. In festo igitur Sancti Ambrosij p̄fato, congregabuntur, Rector, Decanus, & Magistri facultatis Artium, ad eligendum quatuor Magistros examinatores Licentiandorum, quorum unus saltem sit, vel fuerit regens Artium in hac Vniuersitate, de quorum numero nisi

nisi in magna penuria magistrorum non possit esse præceptor examinandorum. Iste deinde magistri sive electi prætentabunt per vedellum cancellario, qui cum eis poterit examinare licentiandos, si fuerit doctor in theologia, vel dare unum vice cancellarium loco lui qui sit etiam doctor in theologia, quod si ipse cancellarius non examinaverit, nec dederit aliquem doctorem in theologia, qui examinet, loco sui prouideat Rector de plena idonea die sequenti, aut saltem infra triduum incipient facere examen ante prandium, & post usque ad vesperam, obseruando penitus eundem ordinem, & modum qui dictus est in examine baccalariandorum, hoc tamen excepto quod hic non proponatur sophysma & fiat maior examinatio circa physicalia, & metaphysicalia, & moralia, quam circa logicalia, & quod in partibus naturalibus quae rant examinatores, quolibet, & problemata valde practica, & vulgaria, aut iocula, examinentur; quolibet die unum ad minus, & si bachelarius examinandus sit valde doctus duret examen per totum diem, nec plures tamen quam duos in eodem die examinari debent, facto autem examine omnium intrantium per singulos dies, Rector & cancellarius cum examinatoribus compellat examinandos facere epistolam aut versus, aut hymnos ad probandum eorum sufficientias etiam in libris humanitatis ad probandum quoniam eorum humilitatem, & pacientiam, faciat eos sedere in terra & tunc soli tentatores poterunt eos conuicijs laceſſere citra tamquam omnem iniuriam, & seruata omni modestia, non surgant de terra donec queratur, si placet omnibus circumstantibus, quod promoueantur ad illum gradum, & si aliquis contra se opponat allegando aliquam iniuriam interrogata, non admittatur, donec satisfecerit ad arbitrium rectoris, & examinantum. Nullus etiam qui sit infamis, letigosus, scandalosus, aut in honestus notabiliter ad tales gradum assummat pro hoc examine, dabit quilibet examinatus duos florenos equilateri diuidendos inter quinque tentatores.

De Licentijs Artium. XL.

FActo examine cuiuslibet licentiandi, immediate conueniant secrete Rector, & quinque examinatores more Parisiensi, ad conferendum de sufficientia examinati: ut melius videatur titulus honoris sibi debiti, & sic fiat quotidie usque ad finem totius examinis, & continuo infra triduum cancellarius universitatis congregatis examinatoribus, adiuratisque accipiat cedulas omnium licentiandorum, & dabit eas cui libet examinatori ut secrete elegant primum Licentiandorum, habendo principaliter respectum ad sufficientiam literarum, ipsem et cancellarius, vel pro cancellarius, qui fuit in examine iurabit, & dabit cedulam suam secrete, postea, visitatis cedulis illerit

erit primus licentiandorum, qui plures habebit cedulas, & scribetur nomen eius in principio rotuli conficiendi. Similis modus est tenendus in electione secundi, & tertii, & cuiuslibet aliorum usque ad finem rotuli: Quo peracto, statim fiant duo rotuli eiusdem tenoris, Quorum unum retineat antiquior examinatorum, alterum vero cancellarius ponat in manu vedelli, & conuocatis omnibus eis per sua nomina secundum illum ordinem per vocem vedelli sedeat coram Rectore, & cancellario in suo ordine ad recipiendam licentiam: fiat iste actus in ecclesia collegiali sanctorum Iusti, & Pastoris, vel alibi prout Rectori, & facultati visum fuerit expedire: Sedentibus autem sic licenciandis, cancellarius proponat quæstionem spectatoriam, si opus fuerit, ad quam respondebit secundus bacchalariorum, qua finita quæstione, primus eorum nomine omnium faciat elegantem orationem laudibus scientiarum, maxime liberalium artium, & de laboribus suis circa illas facultates, & tandem supplicabit cancellario pro licentiis ad magisterium in eadem facultate: respondebit etiam cancellarius eleganti stillo, laudando facultatem illam, & etiam illos licenciandos, & tandem accepto iuramento eorum cocludet faciendo eos licentiatos, autoritate apostolica sibi concessa. &c. & dictis atque persolutis gratiis Deo & cancellario, per primū licentiatorū nomine aliorum omnium recedant in pace, & gaudio soluent isti licentiati pridie ante hunc gradum expetas ordinarias, quæ non excedat nouē florenos nam quilibet eorum dabit duos florenos pro archa collegij, pro facultate artium alios duos, & duos pro suo regente, & unū pro notario, qui teneatur sibi dare literas licetia (ut moris est) iste actus non fiat nisi semel in anno, nec in aliote tempore quispiā admittatur ad licentiam.

Degradum magisterij Artium. XLII.

Post licentias, infra octo dies primus Licentiatorum faciat magisterij sui solenia nā in uitatis dominis, & amicis suū gradū decoratis conueniat omnes decani, & regentes omnium facultatum cum Rectore, & Cancellario universitatis ad capellam nostri collegij, vel ad aliquem alium locum pro arbitrio claustrī universitatis: ubi cancellarius primo quæstionem politicam proponet, magistrando stanti coram eo capite detecto, quæ spectatoria dominorū in uitatorū dicitur. Deinde idem cancellarius, vel tenens locū eius habeat elegantem commendationem scientiarū ipsius magistrati. Tandem dabit ei gradū, & imponat ei birretum cū insignis magistralibus, quo accepto sedebit iuxta Rectorem, & consiliariū nouus magister, & finiet ipsum actum suū in gratiarū actionibus ad Deū, & ad Rectorem, & consiliariū, & ad